



Tringit in *Guestphalos* quoque liuoris
fastusque sui rabiem, *alter ille Sci-*
oppius, & de constantia scriptor in-
constantissimus, *Lipsius* volebam di-
cere. Summam enim barbariem
huic genti tribuit, & humanam fere naturam abiudicat
in epistola quadam, vbi scribit: *Oldenburgi sum. Vbi*
malum istud? inquires. Oppidum est in *Guestphalia*.
In Scytharum eremia mihi videor, nec inter homines sa-
tis certo. Omnes hic suilli, scrofae, corrii. Dabam in
barbaria apud pultiphagos III Non. Octobr. Neque
lenius alibi, *teneor*, inquit, *inter homines semihomines.*
Quibus quidem insulsis *Lipsii* salibus, & quibus nemi-
ni forsan magis placuit, quam sibi, *Domannum* oppo-
suisse